



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

63. Exempto Capitulo, an illius Decanus exemptus censebitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

sed ejus ex quo translatus. Card. Conf. 27. n. 5. DD. d. cap. quod à 16. Lopus alleg. 61. n. 6
 Covar. c. 1. n. 2. de Testam. Farinac. d. Decis. 104. n. 5.

Q U E S T I O L X I I I .

Exempto aliquo Capitulo. an illius Decanus Exemptus esse censetur.

S U M M A R I U M .

- 1. Decanus est dignitas Ecclesiastica.
- 2. Que distincta à jure capitulari.
- 3. Exemptiones non sunt extendenda.
- 4. Decanus uti membrum Capituli gaudet exemptione.
- 5. Prelatura Decanalit non est distincta à jure Capitulari.
- 6. Decanus est Caput Capituli.
- 7. Canonicus Capitularis non amittit jus sibi competens uti Canonico per adaptionem dignitatis Decanalit.

Ratio dubitandi est, quia Decanatus est Prelatura & dignitas Ecclesiastica, c. in-
 novamus dist. 90. glo. Et DD. ad tit. C. de Decanis l. 1. q. 4. Rot. Dec. 17. in fi. vers. ego ve-
 ro alleg. de concess. prab. in Novis. Far. de c. 533. n. 4. p. 2. Jus autem Prelaturæ distinctum est
 à jure capitulari. Abb. c. post. electionem n. 9. in fin. de concess. prab. ad exemptionum jura, 2
 que juris odiosi sunt, extendi non posse videbantur, late Fel. in proemio Decretalium §. 3
 Gregorius n. 13. Et seqq. cap. odia d. reg. jur. in 6. Et scripsi l. 1. q. 9. verum tamen, verius est
 Decanum uti partem Capituli & nobilius illius membrum, eadem quo Capitulum 4
 exemptione gaudere, Abb. d. c. post. Electionem n. 9. vers. Nam Decanus est proprie pars
 Capituli. Far. de c. 465. n. 2. vers. Imo Nobilius Capituli membrum appellatur p. 1. Ratio
 est, quia dispositio facta in favorem Capituli, comprehendit in materia indifferenti
 etiam illius caput, ea noscitur, de his que fiunt à pralato ubi DD. Fel. d. §. Greg. n. 14.

Ratio secunda est, quia Prelatura Decanalit non est distincta à jure Capitulari, &
 ideo etiam sub appellatione capituli pars comprehenditur, Abb. d. c. post. Electionem 5
 n. 9. Fel. d. §. Greg. n. 16. quod secus esse in Episcopo testatur plenè idem Solinus, d. n.
 13. ubi etiam Apostil. & Abb. d. c. post. elect. n. 9. cujus Jura à Capituli Juribus separata
 sunt, & distincta. Abb. d. c. post. Elect. Fel. d. n. 13. Et seq. Licet unum corpus, una cum
 Capitulo efficere dicatur, Abb. c. 1. n. 11. de elect. cap. Novit. de his que fiunt à Pralato
 DD. c. 2. ubi etiam Abb. de Insti.

Ratio tertia, Decanus est caput Capituli, quod est corpus mysticum: Si autem di-
 stincto jure censeretur Decanus à capitulo, eadem res diverso jure censeretur, 6
 quod jus non admittit, l. cum que ad eff. de usu cap. non modò in corpore humano cu-
 jus caput à cetero corpore speciali jure distingui non potest, sed nec etiam in corpore
 mystico & ficto Capituli, ne plus operetur casus fictus in casu ficto, quam casus ve-
 rus in casu vero, Præses in locis legalib. loco à v. fictionis.

Ratio quarta, quia Canonicus Capitularis per adaptionem dignitatis Decanalit 7
 non amittit jus sibi uti Canonico, seu Capitulari competente. Pius dec. 100. lib. 3.
 Natta, Conf. 44. n. 7. Fer. Dec. 228. n. 5. part. 1. Card. conf. 53.

N n n

Q V E